

Johann Cothmann

**Prorector Academiae Rostochiensis Johannes Cothman, S. S. Theologiae
Licentiatus & professor ad Exequias quae Puellulo ... Boguslao Fidlero, a
Parentibus moestißimis hodie hora prima in templo Mariano parantur Omnes
omnium ordinum cives Academicos peramanter & officiose invitati**

Rostochi[i]: Pedanus, 1631

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77744464X>

Druck Freier  Zugang



Cothman, J.,

in B. Fidler.

Rostock. 1631.

2.



PRORECTOR
Academiae Rostochiensis
JOHANNES COTHMAN,
S. S. Theologiae Licentiatus &
professor

ad

Exequias

que

Puellulo elegantissimo & suavissimo

BOGUSLAO
FIDLERO,

a

Parentibus mæstissimis hodie hora prima
in templo Mariano parantur


Omnes omnium ordinum cives Academici
amicos peramanter & officiosè
invitat.



ROSTOCHI

Type JOACHIMI PEDANI Acad. Typ.
Anno. M DC. XXXI.

96





PRORECTOR
Academie Rostochiensis
JOHANNES COTHMAN
S. S. Theologiæ Licentiatus &
Professor.



Omanæ facundiæ pa-
rens, consolationem, diffi-
cultatibus vitæ hujus op-
ponendam omnium efficac-
issimam esse, temporis
brevitatem, arbitratus est,
dum Attico suo, periculis
involutus, hanc in sententiam scribit: Noli pu-
tare, mihi aliam consolationem esse, hujus in-
gentis molestiæ, nisi quod spero non longiorem
annua fore. Utinam cum Cicerone eodem so-
latio frui tuto concederetur, qui hactenus non
annuas sed decennales seculi hujus infelicissi-
mi publicas experti sumus ærumnas, ut priva-
tas cujusvis molestias (quib⁹ tamē illud plau-
tinum satis apposítè quadrat: insperata acci-
idunt magis s̄æpe, quām quæ speres) silentio in-
volvamus. Nam de ijs vulgo notissimas usurpa-

A 2

mus

mus sententias: ignoti nulla cupido, & de occulta non judicat Ecclesia. publicas autem considerantes difficultates, nonne cum Oratore dicendum nobis: equidem dies, noctesq; torqueor, nam quid fœdus nostra vita? Hinc cum Seneca affirmare non dubitamus, naturam hominibus nihil brevitate vitæ præstuisse melius, cum tot periculorum genera, tot morbi, tot metus, tot curæ indies nos macerent, afficiant donec tandem hominis vitam planè conficiant, ut qui miserijs ejusmodi exercetur iugiter, de morte calamitatibus cunctis colophonem imponente, verba servi plautini rectissimè usurpet: ipsa mihi opportunitas, non potuit opportunius, advenire. par ergo est, ut iterum cum plauto loquamur, moriri, neque est melius morte in malis rebus miseris. Non itaque vitam hanc propterea injundam esse cum Cicerone ex Quæstionibus Tusculanis dicemus, eò quod dies noctesq; jam jam moriendum nobis esse cogitandum sit, imo potius præsentis vitæ amaritudines mortis meditatione edulcamus, certo persuasi vitæ hujus cum morte commutationem, exoptatissimæ quietis fore perceptionem. Quod considerans B. August. in Manual. inquit:

quit: Ó anima mea, suspira ardenter, deside-
ra vehementer, ut possis pervenire, in illam
supernam civitatem, de qua tam gloria di-
cta sunt. Nam in his caducis & transitorijs in-
quibus humani affectus captivi tenentur, ve-
ram quietem invenire non vales. Expenden-
tes hæc mœstissimi defuncti nostri parentes
dolori, ex funere desideratissimi filoli nato,
moderabuntur. Dubium quidem mihi nul-
lum, vel me tacente piissimos parentes hæc
cogitaturos. Verum quod Sulpitius in simi-
li casu de Cicerone ait: quæ in præsentia mi-
hi in mentem venerunt dectevi ad te præ-
scribere, non quod ea te fugere existimem,
sed quod forsitan dolore impeditus, minus
ea perspicias: Idem nunc dici posse non du-
bito. Cum non solum timor, sed & dolor ex-
pectoret scientiam. Verum tu vir Reveren-
de & Nobilissime ut ad imitationem Sulpitij
loquar noli obliisci te. *Constantinum Fide-*
rum esse, & eum qui alijs consueveris dare con-
silium: neque imitari malos medicos, qui in
alienis morbis profitentur se tenere medici-
næ scientiam, ipsi se curare non possunt, sed
potius, quæ alijs tute præcipere soles, ea tibi
subiace, atque apud animum propone. pro-

A 3

gram-

grammatiſis vero hujuſ ratio legem hanę nobis
imponit ut defuncti nostri Boguslai habita
ratione, vitę illius historiam paucis delibemus,
Natus autem ille est Anno 1627. 5. Martij
parentibus laudatissimis patre præfato viro
Reverendo & Nobilissimo Dn. Constantino
Fidlero Ecclesiæ apud nos Marianæ Pastore
dignissimo & meritissimo; Matre Catharina
Battia Clarissimi ac Consultissimi Viri Dn.
Levini Battip. m. J. U. Doctoris Iudicij Pro-
vincialis Megapolitani, & Confistorij prin-
cipum advocati & procuratoris quondam me-
ritissimi filiâ, fœmina virtutibus sexum sequi-
orem exornantibus egregiè dotata. postquam
vero lucem hanc aspexit defunctus noster Bo-
guslaus fragilitatis humanæ exemplum non diu
post præbuit, dum per annum ferme inte-
grum phthisi hecticaq; miserè divexus, tan-
tam tenellarum suarum virium Sensit jactu-
ram & diminutionem, ut natura succumben-
te, morbi agmen facientis impetum non tol-
lerare nedum superare potuerit. Quo factum
21. die hujus, hora matutina paulò ante quar-
tam, ut animam purpuream illius manibus in-
ter astantium suspiria, unde illam acceperat,
reddiderit. Memorabile autem est defuncti
noſtri

nostri parentem fragilitatem ac mortalitatem humanam occasione filiolæ Jairi pridi ejus diei auditoribus suis pro concione proponentem, ac more suo exaggerantem, pri-
mum regulæ illius mortalitatis ac fragilitatis humanæ, Deo ita disponente, exemplum, in proprio. filiolo considerandum exhibere.
Quo ipso doctrinæ publicè propositæ veritas, nobis eò magis commendatur. Utq; ad mortem quotidie expectandam, dignè nos præparemus, ne incautos opprimat, via ostenditur Nos Cives Academicí omnium ordinum honoratissimi hoc considerantes, piissimis parentibus justa hodie filiolo suo facturis hanc benevolentiam, quam nobis meti ipsi vita functis præstari optamus lubentes exhibe-
mus. conveniamus itaq; in templo Mariano ad horam 1. & funeris deductionem præsentia nostra cohonestemus. Id officij non solum communis exigit humanitas, sed viri Reve-
tendi & Nobilissimi Dn. Constantini Fidleri defuncti nostri patris, requirit erga unum-
quemq; vestrum benevolentia & favor, ne i-
gitur in grati erga bene vobis singulis cupien-
tem, videamini, agite prompti quod petitur,
facite. ut vero ab unoquoq; jurisdictionem

Acade-

Academicam agnoscere fiat, ego summope-
re hortor & moneo. Funus vero dum effe-
tur, vos illud sequentes non solum conditio-
nis vestræ fragilis recordamini, sed hoc impri-
mis seculo ærumnabili devotas ad Deum pre-
ces, pro malo avertendo, aut saltem mitigan-
do, ex animo fundite. P. P. Rostoch. Sub
sigillo Academiz, Anno 1631. 23. Novembr.
quo eodem die anno præterito filiam natu mi-
nimam Mariam etiam terræ mandandam cu-
rarunt mæstissimi parentes.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn77744464X/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77744464X/phys_0014)


DFG



[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77744464X/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77744464X/phys_0016)



nostri parentem fragilitatem humanam occasione filius diei auditoribus suis propontentem, ac more suo eximum regulæ illius mortalitatem humanæ, Deo ita disponent proprio. filiolo considerant Quo ipso doctrinæ publicè tas, nobis è magis commitem mortem quotidie expectant præparemus, ne incautos ostenditur Nos Cives Academnum honoratissimi hoc consimis parentibus justa hodie finitam benevolentiam, quam nostra functis præstari optamus sumus. convenientiamus itaq; in t ad horam 1. & funeris deducti nostra cohonestemus. Id officium communis exigit humanitas tendi & Nobilissimi Dn. C defuncti nostri patris, requiri quemq; vestrum benevolentia gitur in grati erga bene vobis tem, videamini, agite prompte facite, ut vero ab unoquoq;



the scale towards document

Patch Reference Chart T263 Serial No.

032

Image Engineering Scan Reference Chart